

Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D. Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. II. Resolutio affirmativa pro venialibus quoad nondum remissis quoad
culpam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74152](#)

ARTICULUS IV.

An peccatum veniale per accidens puniatur pena aeterna?

SUMMARIA.

1. Status questionis.
2. Veniale quoad culpam remissum in inferno punitur temporaliter, ex doctrina D. Th.
3. Et ratione.
4. Peccatum veniale nondum quoad culpam remissum per accidens punitur aeternaliter.
5. Ratione D. Thome.
6. Non video DEUS puni ultra condignum.

§. I.

Resolutio negativa pro venialibus quoad culpam remissis in hac vita.

1. Status questionis est, an, si homo moriens in peccato mortali secum deferat ad infernum venialis peccata nondum expiata in hac vita, ut ferè semper contingit, penam pro illis peccatis debitam temporaliter exsolvat, vel utrum illa non quidem per se & ex merito peccati, sed tamen per accidentem propter statum damnationis ex temporali mutetur in aeternam? Id porrò fieri potest dupliciter, vel ut venialia fuerint quoad culpam remissa in hac vita, nondum vero satis expiata quoad reatum penæ. Vel secundò, quod neque fuerint remissa quoad culpam.
2. CONCLUSIO PRIMA. Peccatum veniale quoad culpam remissum in hac vita, [idem esto iudicium de peccatis mortalibus quoad culpam remissis] & nondum plene expiatum in inferno non puniatur pena aeterna, sed temporali. Ita communiter Thomistæ: cum quibus in hac parte etiam sentit Scotus.

Probatur primò authoritate S. D. in 4. d. 22. q. 1. a. 1. ad 5. ubi rejecta opinione contraria sic resolvit: *Ideo alii dicunt, quod pena, cuius aliquis est debitor, post culpam remissam in inferno permanet temporaliter.* Nec propter hoc sequitur, quod in inferno sit redemptio, quia pena, que solvit, non redimitur. Nec est inconveniens, quod quantum ad aliquid accidentale penam inferni mutatur usque ad diem iudiciorum, sicut etiam augetur. Hæc, S. D.

3. Probatur secundò ratione: Si post remissionem culpam poena temporalis adhuc debita mutaretur in aeternam, DEUS puniret ultra condignum: sed hoc repugnat bonitati Divinæ: ergo, Sequela probatur, punire penam aeternam, ubi nulla est condignitas ad poenam aeternam, est punire ultra condignum: sed peccato semel remisso nulla remanet condignitas ad poenam aeternam; si quidem hæc fundatur in culpa mortali: ergo.

Probatur tertio. Si pro peccato mortali remissio sustineri deberet poena aeterna, tunc aliqua peccata remissa etiam de lege DEI ordinaria redirent quoad reatum penam aeternam: sed hoc est absurdum, ut infra ex Tract. de penit.

Probatur quartò. Nulla est assignabilis ratio, cur poena temporalis pro peccato jam remisso debita mutari deberet in aeternam. Non quia damnatus est extra statum viæ, & satisfactionis:

quia ad exsolvendam penam etiam sufficit status passio, quæ in inferno locum habere potest. Non quod damnatus est obstinatus in malo; quia non nullum habet obstinationem. Non quod infernalis pena non minuitur; quia hoc est intelligendum de pena essentiali, non accidentalis. Non quod in hac vita nemo constitutus in factis peccati mortalis possit exsolvere penas pro venialibus, aut mortalibus iam remisiti debitis: quia hæc vita est status merendi & latifundiendi: atqui non acceptatur satisfactio, quæ non est à persona grata & justa.

§. II.

Resolutio affirmativa pro venialibus nondum remissis quoad culpam.

CONCLUSIO SECUNDA. Peccatum veniale nondum remissum in hac vita, in inferno punitur per accidens pena aeterna. Ita contra Scotum in 4. dist. 21. S. D. hic a. 5. ad 3. q. 7. de malo. a. 10. ubi hoc habet: *Veniale peccatum non meretur penam aeternam ex specie sua, neque ex parte inherentie ad subiectum per se loquendo, quia non privat gratiam, sed per accidentem si irremissible peccato mortali conjunctum, in quantum ejus in subiecto privato gratia, & sic per accidentem puniri pena aeterna.* Similia habet q. 5. de malo. a. 1. ad 8. & in 4. dist. 21. q. 1. a. 2. quæsiunc. 1.

Ratio jam indicata est prima. Tamen non exsolvitur pena, quamdiu non remittitur culpa, quæ est causa necessaria reatus penæ: sed in inferno culpa venialis in aeternum non exsolvitur; ergo etiam pena in aeternum non exsolvitur. Minor constat: quia nullum peccatum etiam veniale de lege DEI ordinaria remittitur, nisi in formaliter aut virtualiter retractatum: sed in inferno, ubi est perpetua obstinatione in malo, & de negatio omnis auxiliis supernaturalis, nulla potest esse peccati retractatio & penitentia: ergo.

Secundò. Macula peccati venialis sive formulariter opponitur extensivo fervori charitatis ita per eundem tollitur: sed in inferno non potest esse fervor extensivus charitatis, sicut nec ipsa charitas: ergo in inferno macula peccati tolli non potest. Dixi tamen, penam esse per accidentem aeternam: quia aeternitas penæ non est ex intrinseca condignitate & demerito culpe venialis, sed ex coniunctione cum peccato mortali, & conditione subiecti, cui in statu damnationis continuo etiam veniale peccatum remitti amplius non potest.

Dices: Si DEUS veniale peccatum puniit penam aeternam, quod tamen meretur solidam penam temporalem, tunc illud puniri ultra condignum: sed hoc est absurdum: ergo. Responde dicens: irremissibile, concedo; secundus, nego: tunc enim etiam per accidentem haber condignitatem ad penam aeternam.

7. Instabis: Ordo Divinæ justitiae exigit, ne peccatum puniatur ultra suam exigentiam demeritoriam; sed exigentia demeritoria peccati venialis, etiam ut conjuncti cum peccato mortali tantum est ad poenam temporalem; ergo secundum ordinem Divinæ justitiae veniale etiam ut conjunctum cum mortali non nisi poenam temporalis punitur. Minor probatur. Conjunctio cum mortali non mutat naturam peccati venialis, nec illud trahit extra suum genus: sed peccatum veniale ex genere suo tantum habet exigentiam demeritoriam ad poenam temporalem: ergo etiam ut conjunctum cum mortali tantum exigit poenam temporalem, quantum est de se negat.

Respondeo negando minorem, ejusque probationem distinguo: peccatum veniale ex genere suo tantum habet exigentiam demeritoriam poenam temporalis, negativè [hoc est, non exigit maiorem poenam, quam temporalem]; ita tamen ut ex adjuncta conditione subjecti possit admittere vel positivam exclusionem, vel exigentiam poenæ aeternæ] concedo; positivè, nego minorem etiam ut conjunctum cum mortali tantum exigit poenam temporalem, quantum est de se negat.

DISPUTATIO XXV.

DE

Peccato veniali. ad q. 89.

HAec tenus de peccato personali mortali, tanquam principali analogato sub nomine & genere peccati, dictum: nunc peccatum veniale subjungimus; sic appellatum, quod non destruit principium veniae, h.e. gratiam & charitatem; quemadmodum ex opposito mortale dicitur, quod destruit gratiam, tanquam principium vitae supernaturalis.

ARTICULUS I.

An, Quid sit peccatum veniale?

SUMMARIUM.

1. Fides docet dari venialia.
2. Quae sunt talia ex sua natura.
3. Alia venialia ex genere suo, alia per accidens.
4. Plures differentiationes inter mortale & veniale.
5. Quid sit actum esse simpliciter contra legem?
6. Primaria differentiatione inter peccatum mortale & veniale.
7. Objectiones.
8. Solvuntur.
9. Regula discernendi veniale a mortali.

§. I.

Presupposita.

Suppono primum tanquam de fide certum, dari quædam peccata venialia. Ita definitum est in Concil. Milevit. can. 7. & Trid. Sess. 6. c. II. deducitur ex S. Script. Matth. 7. ubi aliqua peccata festina, alia vero trahi comparantur. Item Eccles. 7. Prov. 14. & Jac. 2. ubi dicitur, omnes homines, & quidem quocumque peccare, quod de R. P. Mezg. Theol. Schol. Tom. II.

peccatis mortaliibus non potest intelligi, cum multi reperiantur sancti & justi, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini sine querela, ut constat ex Lucæ 1. Gen. 6. Job. 1.

Dan. 6. igitur tantum intelligi potest de levibus & venialibus peccatis, in qua etiam iusti cadunt, juxta illud: *Septies in die cadit iustus.*

Ratio congruentia est: quia etiam in sacra amicitia &

civili societate committuntur offense aliquæ graves, aliquæ vero leves: ergo idem contingere potest in amicitia, que DEUM inter & hominem intercedit.

Suppono secundum. Dari venialia, quæ non sunt talia propter solam extrinsecam non imputationem DEI, sed ex sua natura intrinseca; nam ita primum definierunt Pius V. & Gregorius XIII. damnantes hanc propositionem Michaëlis Bay:

Nullum est peccatum naturæ sua veniale: sed omne peccatum meretur poenam aeternam.

Secundum: quia sunt aliqua peccata, quæ non feruntur in objectum repugnans charitati, suntque offendentes.

Hh 2

lones